



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

Præfatio de substantia, fine & efficiente causa sacramenti pœnitentiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

6  
**PRÆFATIO**  
 DE SUBSTANTIA, FI-  
 NE ET EFFICIENTI  
 CAUSA SACRAMENTI  
 Pœnitentiæ.

*Pœnitē-  
 tia du-  
 pliciter  
 accipi-  
 tur.*

*Pœnitē-  
 tiæ, ut  
 virtus  
 est, defia-  
 nitio.*

*Pœniten-  
 tiæ, ut  
 est Sa-  
 cramen-  
 tum, defi-  
 nitio.*

*Sacra-  
 menti  
 pœniten-  
 tiæ ma-  
 teria.*



**P**ŒNITENTIA & Vir-  
 tus est, & Sacramentum,  
 juxta Doctorum senten-  
 tiam. Virtus quidem est,  
 qua dolemus, ut oportet,  
 de peccatis præteritis, cū

proposito ea in futurum euitandi, quod  
 breuiter Ambrosius, Pœnitentia est præ-  
 terita mala plangere, & plangenda ite-  
 rum non committere. Ut autem est Pœ-  
 nitentia Sacramentum, id est, ex Augu-  
 stino, & sancto Thoma, sacrę rei signū,  
 puta remissionis peccatorum, duplices  
 actus includit, nimirum, peccatoris cor  
 recessisse à peccato ostendentes, & Sa-  
 cerdotis, opus Dei in remissione pecca-  
 torum significantes.

Sed rem magis explicando ex Conci-  
 lio Florentino (cui consonat Tridenti-  
 nū & Doctores) huius Sacramenti quasi  
 materia, sunt Actus pœnitentis, qui in  
 tres distinguuntur partes.

*Prima*

P  
 tens  
 com  
 pecc  
 S  
 pecc  
 cerd  
 T  
 pecc  
 tis fa  
 peri  
 Fo  
 abso  
 dicit  
 sunt  
 sunt  
 Fi  
 men  
 tione  
 recor  
 undo  
 Infer  
 pax &  
 spirit  
 noru  
 Ca  
 cram  
 intue  
 ment



P R A E F A T I O .

7

Prima est cordis contritio, qua poeni- *Contritio*  
tens detestatur, & dolet de peccatis, *Confessio*  
commisissis, cum proposito amplius non  
peccandi.

Secunda est oris confessio, qua omnia *Confessio*  
peccata, quorum memoriam habet, Sa- *sio*  
cerdoti suo integrè confitetur.

Tertia est operis satisfactio, qua pro *Satisfactio*  
peccatis secundum arbitrium sacerdo- *ctio*  
tis satisfacit, quæ quidem præcipuè fit  
per ieiunium, orationem & eleemosynâ.

Formæ huius Sacramenti sunt verba *penitentiæ Formæ*  
absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum *m.*  
dicit; Ego te absoluo; omnia autem alia  
sunt ad solennitatem, quæ tamen non  
sunt prætermittenda.

Finis verò, res, & effectus huius Sacra- *Finis*  
menti, quantum ad eius vim, & institu-  
tionem spectat, est absolui à peccatis, &  
reconciliari Deo, in eius gratiam rede-  
undo: vnde sequitur liberatio à poenis  
Inferni, & in ijs qui deuotè confitentur,  
pax & serenitas conscientiæ, cum magna  
spiritus consolatione, & augmento do-  
norum Dei.

Causa efficiens, & primaria huius Sa- *Efficiens*  
cramenti licet Deus sit, Christi meritum  
intuens, tamen vt secundaria & instru-  
mental, est minister huius Sacramen-  
ti

Prima

A 4

qui



qui Sacerdos esse debet, habens auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex delegatione superioris: & de hoc ministro dirigendo sermo nobis impræsentiarum futurus est. Sed vt in artificialibus, artificis esse solet, & quæ ad suam personam spectant curare, & artis materiam disponere, & in eandem dispositam formam inducere, & ad finem animo propositum totum opus aptare: sic huius Sacramenti ministro (q̄ Confessarius est) vt suo perfungatur officio, quatuor erūt curanda. Primum pertinet ad ipsius personam, vt apta sit ad hoc mun<sup>9</sup> obeundum. Secundum ad Sacramenti materiam; scilicet actus confitentis, vt is à confessario adiutus, circa contritionem, confessionem & satisfactionem, suum officium faciat. Tertium ad formam huius Sacramenti, vt rectè, atque ordine absolutio impendatur. Quartum ad finē, vt scilicet pœnitens non solum per peccatorum veniam Deo reconciletur, verum etiam emendationem vitæ, pacem, & consolationem spiritualem referat. & ad gratiæ profectum se disponat. Et de his quatuor totidem capitibus agendum erit.

D E

*Confessario que  
suranda.*

D E  
C  
sunt. f  
prude  
quæd  
minif  
dam  
admin  
fructu  
Ac  
cessari  
peccat  
gener  
sunt n  
Dei &  
ligetu  
Dei ve  
scienti